memet rudmanni iacula retundere
non valente: ipse retundat. Videat
tandem super omnia maiestas vestra si in
inmissione illa in parte noluerit
quibus tantis periculis apud nos viuat ob
sonus. Emmuero si victualia ipsa que
in regularibus meis viris inanimum re-
posuerim. fuerint absumpta. non
aliam quam penuriam habebunt postea
regulam. Tandemque necesse erit. ut
coacti male viuant. Finito tandem
consilio innuit rudmano velut an-
nuorum fructuum repositori. quidem quaestuoso
legatos regios in locis nominatis
euntes. procurare et redeuntes. In
cenobio autem meo otto sibi honoratos
burkardus suscipet. otto rudmanus
Tu autem cimaadu episcopum nostrum in presentia
principis sui in talibus participem fore ipse
regibus suaderet. Raucosa voce ut
erat ille reclamabat. Neque ingens
Tu solus intriuisti. tibi soli edendum
est. Ridibus autem in risum motis. neque ei
ait cum accusatore fratrem inmelius nec in
terris participari libet. Indicta tan-
dem die que erat feria tercia domine
tercie post pascha. Desiderio tuo propter
quod eius reliquias loco ipse intulerit.
apud nos celeberrima aduenerunt
omnes. festiue receptis. Ciues apostolorum
responsorium canitur. Abbas in audi-
torio debilis residens. introductis
quidem omnibus assurgit. Legitur sedenti-
bus lectio de caritate. et de perfecta discreti-
onis eius discretione. Qua finita assurgunt
omnes in abbatis et fratrum oscula. De-
inde abbas. benedicti vos domino. Et fratres
Qui fecit celum et terram. Ubi heim-
ricus treuerensis cui summa rerum com-
missa erat. circumspecto claustro. Con-
uerso ait talis nidus bonas aues decet
Et kebo laurensensis. id est lorisham ab-
bas. vir nominis reuerendi premultis
et eo die conobibus plus ceteris sentiens

Visitatorum nomina.

se et crebro nos postea domibus et consiliis
iuuans. Si placet ait ipsarum auium
huc nidum qualis per omnia sit. primitus ab ab-
bate audiamus. ut de ceteris quid agamus.
integrius scire valeamus. Et kerho wir-
tzimburgensis abbas magni nominis et
ipse. qui nos post hanc potestatem adaque-
ductum que ipse primus nobis excogi-
tauit. fistulas terebrare docuit et | Tubuli.
semper amauit. Episcopum nostrum interea
et abbatem cum fratribus quorum reue-
rentia illum ut post asseruit vehementer
mouebat. in capituli domum comitatus.
que congrua nosset premonuit. Ubi illi
purgatus eckhardo duce officinis adhuc
post excipiam viris quidem quibusdam vel
tectis penu fratrum pene vino vacuum | Cella vinaria.
mirantur. Aperiri autem sibi ceterorum prouisorum
repositoria cum ekkehardus ductor eius iure
iurando nichil celaturum iubere mo-
neret. cuncta perspiciendo sollicite pergunt
Querentibus autem ceteris de abbatis proprio
penu. hec ait que monstraui fratrum
priuata. eius sub suo adnutu parata. Neque
enim ipse quia sit homo est. alio celario
assolet. Nam omne debitum in fratrum
quot annis congerit cellarium. Et
poppo herbipolensis. id est wirtzimburgensis
episcopus. conuersus ad ceteros. Firmius ait.
si ita se res inter monachos et abbate
habet. non nos hodie meliorem regu-
lam neque vitam plus comunem eciam
si in loco pleno sit copie cornu statuere
poterimus. abbas ut audiuimus. congerit
fratribus. fratres ad hoc ydonei congerunt
abbati. et nichil sine eius permisso sibi
Nobis autem ab vtrisque congestio. neutris
sufficere posse videre est. Et palzo | Palzo.
spirensis episcopus in loco nutritus. quo nemo
fama ferente tunc erudicior. Si scieritis
inquit mores et vim discipline illorum di-
strictam. expto credite vltra omnes
qui in regno sunt regulares sub copia.
eos laudaretis sub inopia. Deinde hein-